GODEFRIDUS ADMONTENSIS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 141r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift

patris mea visione. que quidem mea est. nemo enim eam nisi me
adiuuante. me prestante adipisci potest. Deus quidem meus est ex
natura. quia unus cum illo dominus sum. sed et dominus vester erit per me. quia dare
cum ipso omnia possum. nam si in hac vita iugiter ad eum per dilectio
nem in vobis ascendero. eadem patris mea caritas. quam ego vobis
do. quam in presenti vobis infundo. vna et omnium erit in futuro
vbi in eterna remuneratione nos beatificabimini. quem a cruci
da sempiterne trinitatis gloria nullo aduersitatis nubilo amplius
retardabimini. Hec sunt verba lectionis euangelice. quam quia
per modulo nostro quantum dominus gratia sua nobis largiri dignatus est
exposuimus. ipsi gratias agamus. humiliter implorantes miam
suam. quatenus ad patrem suum et patrem nostrum sic in nobis ascendat.
sicut ad caritatem sui et patris per gratiam spiritus sancti hic in presenti vita
nos accendat. vt post huius vite terminum illuc pueniamus. vbi
cum ipso et in ipso de eterna patris visione eternaliter gaudeamus.
Quem ipse prestare dignetur dominus noster ihesus xpe. qui cum eodem patre et
spiritu sancto viuit et regnat. per omnia secula seculorum. AMEN.

IN OCTAVA PASCHE. lectio.
VMCSSET. SERO.
die illo una sabbatorum. et fores essent clau
se vbi erant discipuli congregati, propter metum iudeorum. venit ihesus et stetit in medio eorum
et dicit eis. Pax vobis. ET CETERA QUAM
OMNES LECTIONES VSQUE AD
RESURRECTIONIS DOMINICE
SACRAMENTUM. QUAM
semel facta. annua sollempnitate recolimus.
preter spem generalis resurrectio
nis quam in futuro expectamus. significat nobis illa resurrecti
onem. qua electos suos dominus omnipotens mirabili sua clementia cum

dnice sacramentum q.